OBSERVATIO ECLIPSIS SOLARIS

Die 26 Octobris anni 1753,

HABITA ULYSSIPONE IN AULA Sphæræ Regalis Collegii D. Antonii Magni

A P. EUSEBIO DA VEIGA

SOCIETATIS JESU,

Publico ibidem Mathematicæ Profeſſore.

PHASES notatæ ſunt ſecundum menſuram geometricam palmaris circuli in Tabella deſcripti, in quo radioſa Solis ſpecies ope tubi optici in cameram obſcuram intromiſſa, apparebat.

Pro dignoſcendo tempore vero directum fuit horologium per correſpondentes Solis altitudines ſex diebus continuis ante eclipſim captas, & in ipſa die Eclipſis; nec non per tranſitus Stellarum filo teleſcopii ſtabilis adventantium toto fere menſe Octobris obſervatos.

Initium

		Mane, tempore vero.			
		Hor.	*min.*	*ſecund.*	
Initium Eclipſis		7	30	52	
Latet Digitus	I	7	35	48	
	II	7	41	0	
	III	7	46	40	
	IV	7	52	42	
	V	7	58	42	
	VI	8	4	44	
	VII	8	11	33	
	VIII	8	17	43	
	IX	8	24	38	
	X	8	31	50	dub.
	XI	8	40	7	
Maxima obſcuratio	XI, & min. 8	8	42	45	
	XI	8	45	31	
	X	8	49	34	
	IX	8	55	59	
	VIII	9	3	2	
	VII	9	10	50	
	VI	9	18	14	
	V	9	23	18	
	IV	9	28	58	
	III	9	36	53	dub.
	II	9	43	18	
	I	9	50	29	
Finis Eclipſis.	0	9	57	37	

* Apparuit Venus, & Jupiter. Nebula humilis, & rara, ſubitò tunc nimium frigeſcente aëre, valles intercurrit.

Ab initio autem ſemper Solaris diſcus in ſudo rutilabat bene terminatus.

LIBUIT HIC ETIAM SEQUENTES SYDERUM in Lunam occultationes adnectere, quas in ſpecula Aſtronomica dicti Collegii idem P. Euſebius da Veiga hoc anno 1753 menſibus proximis obſervavit.

Occultatio Veneris in diſcum Lunæ die 27 Julii anni 1753.

PRIMUM attactum Veneris ad Lunarem limbum obſervare non licuit.

Totalis

Totalis immerſio Veneris in Lunam, mane, tempore vero

	Hor.	minut.	ſecund.
	3	8	48
Incipit emergere Venus ex Lunæ limbo ——	3	58	21
Tota jam Venus in conſpectum venit	3	59	34

Occultatio Stellæ ſub Lunare corpus, quæ eſt in lance Auſtrali Libræ, & apud Bayerum notatur Græcâ litterâ α; die 5 Auguſti ejuſdem anni.

Immerſio prædictæ Stellæ tempore vero poſt meridiem

	Hor.	minut.	ſecund.
	8	41	27
Emerſio ——	9	36	11

Die 5 Octobris anni ejuſdem obtecta etiam fuit in Lunæ diſcum Stella, quæ eſt in fronte Capricorni, & in Bayeri Cathalogo Græcâ littera β ſignatur.

Lunarem limbum ingreſſa eſt dicta Stella inter Ariſtarchum, & Galilæum, tempore vero poſt meridiem hor. 7, minut. 31, ſecund. 25.

Emergere tandem viſa fuit inter Langrenum, & Vendelinum horâ 9, minut. 2, ſecund. 23.

M. R. P. Antonio Ribeiro